

et omnis israel. qui inuenti sunt in com-
 moratione hierosolymis. **D**ecimodeci-
 mo anno regnante iosia celebratum est
 p̄ph. **E**t directa sunt opera iosie in cō-
 spectu domini sui in corde pleno merue-
 ria. et que circa illum quidem conscripta
 sunt in palestinis temporibus de eis qui
 peccauerunt quiq; irreligiosi fuerunt in
 dominum p̄e omni gente et qui nō que-
 sierunt verba domini super israel. **E**t
 post omnem agrum hunc iosie. ascendit
 pharaon rex egypti veniens in carthamis
 ab itinere super eufraten et exiit in obui-
 am illius iosias. **E**t misit rex egypti ad
 iosiam dicens: Quid mihi et tibi est rex
 iude? Non sum missus a domino ut pu-
 gnem contra te. Super eufraten enim
 bellum meum est. **F**estinus descende.
Et non est reuersus iosias super currū.
 sed expugnare eum conabatur. non ar-
 tendens verbum prophete ex ore domi-
 ni. sed constituit ad eum bellum in cam-
 po magaddo. **E**t descenderūt principes
 ad regem iosiam. **E**t dixit rex pueris su-
 is: Amouete me a prelio. **I**nfirmatus
 sum enim valde. **E**t statim amouerunt
 eum pueri ipsius de acie. **E**t ascendit su-
 per currum secundarium suum. et pue-
 riens hierosolymam vita functus est. et
 sepultus est in paterno sepulcro. **E**t in to-
 ra iudea lugebant iosiam. et qui p̄side-
 bant cum proximis lamentabant eū vsq;
 in hunc diem. **E**t datum est hoc fieri
 semper in omne genus israel. **H**ec au-
 tem p̄scripta sunt in libro historiarum
 regum iude. et singula gesta actus iosie
 et eius gloria et intellectus eius in lege
 domini: queq; gesta sunt ab eo. et que
 non scripta sunt in libro regum israel. et
 iude. **E**t assumentes qui erant ex gente
 techoniam filium iosie. constituerunt
 regem pro iosia patre suo. cum esset an-
 norum trigintatrium et regnauit super
 israel mensibus tribus. **E**t amouit eu

rex egypti ne regnaret in hierosolymis.
 et mulcavit gentem argenti talenta cen-
 tum et auri talentum vnum. **E**t consti-
 tuit rex egypti ioachim fratrem ipsius
 regem iude et hierusalem. et alligauit ma-
 gistratus ioachim et zaracelem fratrem
 suum: apprehendens reduxit in egyptū
Annorum erat ioachim viginti quinq;
 cum regnare cepisset in terra iuda et hieru-
 salem. et fecit malum in conspectu do-
 mini. **P**ost hunc autem ascendit nabu-
 chodonosor rex babylonis et alligauit eū
 in areolo vinculo perduxit in babyloniam.
 et facta vasa domini accepit nabu-
 chodonosor. et tulit. et consecrauit in tem-
 plo suo in babylonia. **N**am de immu-
 dicia illius et irreligiositate scriptum ē
 in libro temporum regum. **E**t regnauit
 ioachim filius eius pro eo. **C**um autem
 constitutus est. erat annorum octo. **R**e-
 gnauit autem menses tres. et dies decē
 in hierusalem. et fecit malum in conspe-
 ctu domini. **E**t post annum mitens na-
 buchodonosor transmigravit eum in ba-
 byloniam simul cum sacris vasibus domi-
 ni. et constituit sedechiam regem iuda et
 hierusalem cum esset annorum viginti
 vnius. **R**egnauit autem annis vndecim
Et fecit malū in conspectu dñi. et nō est
 veritus a verbis que dicta sunt ab hier-
 remia. p̄pheta ex ore dñi. et adiuratus a re-
 ge nabuchodonosor: periurans discessit et
 undurata ceruice sua et corde suo. **T**rans-
 gressus est legitima dñi dei israel. **E**t ou-
 ces populi dñi multa inique gesserūt. et
 impie egerūt sup oēs imundicias gen-
 tū. et polluerūt templū dñi quod sanctum
 erat in hierosolymis. **E**t misit deus pa-
 trū ipsorū per angelū suum. reuocare e-
 os. **P**er quod parceret illis et tabernaculo
 suo. **I**psi vero subsannabant in an-
 gelis suis. et qua die locutus est dominus
 erant illudentes prophetis eius. **Q**ui
 vsq; ad iracundiam concitatus est. sup